

Ante divinum Officium

Aperi, Dómine, os meum ad benedicéndum nomen sanctum tuum: munda quoque cor meum ab ómnibus vanis, pervérsis et aliénis cogitacónibus; intelléctum illúmina, affectum inflámma, ut digne, atténte ac devóte hoc Offícium recitáre váleam, et exaudíri mérear ante conspéctum divínæ Majestátis tuæ. Per Christum Dñum nostrum. *R.* Amen.

Dómine, in unióne illius divínæ intentiónis, qua ipse in terris laudes Deo persolvísti, has tibi Horas (vel hanc tibi Horam) persólvo.

Ante singulas Horas

Pater noster, qui es in cælis, sanctificétur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut in cælo et in terra. Panem nostrum quotidíanum da nobis hódie. Et dimítte nobis debita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentacónem: sed libera nos a malo. Amen.

Ave, María, grátia plena; Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui Jesus. Sancta María, Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc et in hora mortis nostræ. Amen.

*In princ. Matutini
ac Primæ*


Credo in Deum, Patrem omnipoténtem, Creatórem cæli et terræ. Et in Jesum Christum, Filium ejus únicum, Dóminum nostrum: qui concéptus est de Spíritu Sancto, natus ex María Virgine, passus sub Póntio Piláto, crucifíxus, mórtuus, et sepúltus: descéndit ad ínferos; tértia die resurréxit a mórtuis; ascéndit ad cælos; sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis: inde ventúrus est judicáre vivos et mórtuos. Credo in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiám cathólicam, Sanctórum communióne, remissionem peccatórum, carnis resurrecciónem, vitam ætérnam. Amen.

BREVIARIUM ROMANUM

EX DECRETO
SS. CONCILII TRIDENTINI RESTITUTUM
S. PII V PONTIFICIS MAXIMI JUSSU EDITUM
ALIORUMQUE PONTT. CURA RECOGNITUM
PII PAPÆ X AUCTORITATE REFORMATUM

*cum Psalterio secundum novam
e textibus primigeniis interpretationem latinam
Pii Papæ XII auctoritate edito.*

Editio amplificata Taurinensis decima



PARS VERNA

TAURINI **MARIETTI** ROMÆ
S. Sedis Apostolicæ et S. Rituum Congr. Typographi



MAURILIUS
TITULI S. MARCELLI S. R. E. PRESBYTER CARDINALIS

FOSSATI

DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA

ARCHIEPISCOPUS TAURINENSIS

SACRÆ THEOLOGIÆ ET JURIS UTRIUQUE FACULTATUM

MAGNUS CANCELLARIUS

Cum dilecti filii Nostri MARIETTI, S. Sedis ac S. Rituum Congregationis Typographi, novam hanc Breviarii Romani editionem formæ in-18, ut aiunt, et in quatuor volumina distributam, ea qua par est sollertia comparaverint, eamque imprimendi atque evulgandi licentiam a Nobis suppliciter petierint;

Nos, tam Decretis URBANI PP. VIII s. m., qui solemniter sanxit ne quisquam ex typographis Romanum Breviarium edere posset quin prius ab Ordinario loci veniam — et quidem scriptis dandam — obtinisset, quam normis super hac re a C. J. C. traditis inhærentes, Revisori Nostro, ad hoc officium specialiter deputatum, præfatam editionem perpendendam commisimus.

Qui, cum Nobis retulerit eam plane congruere cum adprobatis Breviarii Romani editionibus, petitam licentiam libenter in Domino concedimus.

Cujus rei in fidem, hasce litteras manu Nostra signavimus et Cancellarii Nostri chirographo communivimus.

Dabamus Taurinorum Augustæ, die 4 Januarii 1950.

† M. Card. FOSSATI, *Archiepiscopus.*

L. ✠ S.

C. Plus Battist, *Cancell.*

Concordat cum exemplaribus approbatis.
Taurini, 8 Maji 1947.

Sac. A. TALLANDINI, **Rev. Archiep.**


Imprimatur.

C. A. COCCOLO, **Vic. Gen.**

Printed in Italy

Tipografia della Casa Editrice Marietti - Via Legnano, 23 - Torino
Finito di stampare in Dicembre 1949.

Miss. 62
Handwritten from 158





BREVIARIUM
ROMANUM



VERNA

